

ANNO DOMINI DCXLIV

## MAXIMUS

CÆSARAUGUSTANUS EPISCOPUS.

## NOTITIA HISTORICA IN S. MAXIMUM.

(Nic. Antonio, Bibliotheca Hisp. vet. t. I.)

**M**aximum Cæsaraugustanum præsulem devenit, cui præparamus quamdam prolixiorē mentionem, unde precipienda sunt nobis aliqua necessitate, ut producto in medium vero Maximeiamus cetera quæ ei superinducta sunt, ita omnino et fabrefacta in eorum cerebro qui it falsa sive adulatoria dicere ac scribere, late lectorum abutentes, pariter habent.

**S** ergo Maximus ille est quem commendavit B. Isidorus in fine libelli sui de Scriptoribus hispanis adhuc superstitem. *Maximus (ii) augustæ civitatis episcopus, multa versu proponnere dicitur. Scripsit et brevi stylo historie his quæ temporibus Gothorum in Hispanis et, historicō et composito sermone. Sed et alia scribere dicitur quæ nondum legi. Hoc et alia. Habentur Maximi subscriptiones in conciliis onensi anno 599, Toletano Gundemari anno garensi 614 celebratis. Nec diu postea vixit; annes ejus successor duodecim annis eidem ac præfuit Sisebutu ac Svinthike regum tempore Sisebutu; anno 612 regnare coepit. Braulio Joannis frater et successor anno 633 concilio anno IV interfuit episcopus.*

**I**t omne id quod versu prosaque scribere Mandocuit nos Isidorus, et, quod aliis desiderantur agnoscet, Historia Gothorum ab eo continetur: nisi quod fragmento Chronicorū, Dextro (ut in eo ageretur monuimus) in Codice Adami fontis Estepani marchionis ascripto, integrum in ex parte mutilum, idemque Maximo Cesariano tributum, aliud Chronicum sive continuatorum subjicitur. Quod quilem ab anno Christi iuxta æra 468 usque ad annum 606, hoc est 844, annuatim historiam omnem duorum fere regnum prosequitur. Priora autem ejus usque ad 456 ex Prospere Tironis Chronicō, paucissimceptis, desumpta sunt.

**I**mperiale quale est, quode nos alibi, fundus utique vera est, cui Pseudo-Dextri vulgaris Chronicorū, eudem temeritatis ac petulantiae illo in sumpto, vulgare etiam nomine Maximi signatum, Chronicum superstruxit. Oculis subjectum opus in fragmento nostro legitur in calce hujus inscripsit, et cum vulgari collatum, ipsum se cui-

**A**cunque prodet quamvis pertinacissime reluctantis, embryon esse olim conceptum, quod additis seu mutatis faciei ac totius corporis lineamentis, abortivum adhuc vereque monstrosum enixa est tandem audacissima fallendi ac de rebus etiam sacris ludendi cupiditas. Non tamen hic est locus singula quæque mendaciorum capita coarguendi, aut quatenus alterum alteri contrarium sive ab illo diversum sit exponendi. Id enim majoris molis opus tempore alio indiget ad sui absolutionem (a). Nec tamen generalia quædam capita refutationis, quod velut specimen ei fundus integræ ac solidæ sit, a scriptoribus desiderari hunc in locum venientibus permittemus.

**B**Tria vero in primis circa Maximum ipsum, hujus argumenti quod Bibliotheca tractat prorsus germana, necessario admonenda sunt, ne hic desiderentur. Primum est, Maximum Cæsaraugustanum episcopum Benedictinum non fuisse monachum, qualis Pseudo-Maximus Toletanus seculo nostro apparuit. Secundum, neque appellatum fuisse Marcum Maximum. Tertium, diversum consequenter ab nostro esse Marcum, S. Benedicti discipulum, qui carmine quædam virtutes almi parentis exposuit.

**C**In primis non fuisse monachum satis innuit S. Isidorus de monachatu tacens, quod in cæteris quos laudat monachis nonquam commisso legitur, ut videtur est in Martino Dumensi, Leandro fratre, Joanne Biclarensi, Eutropioque. Quod quidem S. Ildephonson exemplum secutus, idem de Donato, Joanne Cæsaraugustano Maximi fratre ac decessore, Helladio, Justo, duobusque Eugeniis Toletanis, Nennitoque Gerundensi, episcopis, adnotare non omisit. Præterea Joannes Thitemius, qui libris iv de Viris illustribus ordinis S. Benedicti, eorumque secundo de doctoribus et scriptoribus egit; et Arnoldus Union qui Ligno vitæ suo eundem lapidem volvit; et Antonius de lepes, qui in chronicō Benedictini ordinis locupletissimo Hispana lingua scripto Benedictinorum omnium virorum illustrium res gestas et commendatione dignas diligenter collegit nullam hujus fecere mentionem. Quanvis enim alicubi Thitemius fateatur, se non omnes laudasse propter ingentem eorum multitudinem: vix tamen prætermittere eum potuisse dicas, quem in celeberrimo

Prodixit, ut alibi notavimus, Valentiae nostræ sub titulo: *Censura de Historias fabulosas, curante cl. rio Mayansio Siscario, vernacule fol. 1742.*

Isidoriano Scriptorum catalogo non potuit non sub A duorum eum instrumentis, aut ab eo instruere sit, oculis habere.

Ad hæc qui laudant omnes, antequam fermentum Toletanum massam totam corrumperet, episcopatus dignitatem, nullus autem ei monachi professionem attribuit (a). Quibus omnibus eum seipsum [Leg. omnibus ipsum] Hieronymum Romanum de la Higuera Toletanum, quem multiplicitas ac multiplicitas hujus fabulæ auctorem vulgaris fama fert, jure optimo præferimus. Illic enim primus inventor Chronicorum Dextri et Maximi, cum in eo se jactat et Maximi meminit, altum de monachatu silet. Exstat quippe ejus Historia adhuc inedita Toletanae urbis et regni vernaculo sermone concepta, ac pluribus voluminibus comprehensa, de qua dum illustraremus Dextri res notitiam dedimus : unde nobis in rei testimonium verba quedam hoc transcribere non parvum opera pretium duximus, quibus de concilio in Toletano agens, eos omnes qui post episcoporum ordinem ei interfuerunt, memoræ advertit. *Interfuerunt quoque (ait) concilio rex et regina, atque ii qui subjiciuntur abbates : Eutropius Servitanus ordinis, ut jam dictum fuit, Augustiniani, Exsuperius Agaliensis, Aurasius SS. Cosmæ et Damiani, sive (ut alii legunt) S. Crucis : qui duo abbates postea exstiterunt præsules Toletani, Maximus abbas Cæsaraugustanus sanctarum Massarum, Emila S. Eulalia Barcinonensis postea ejusdem urbis episcopus, Theochristus abbas S. Eulaliae Toleti. Omnes hi abbates erant Benedictini. Artuagus cognomento Gothus, prior Cistæ Toleti, ordinis S. Augustini, qui valde opus hoc juvit suis sermonibus. Fulgentius item, et Maximus is qui Chronicon scripsit, archidiaconus Cæsaraugustanus, Eugenius diaconus Ecclesiæ Toletanae, Isidorus diaconus Ecclesiæ Hispalensis, Joannes monachus Benedictinus monasterii Agaliensis, postea abbas Biclarensis.*

Hæc totidem Hispanis verbis (quæ vernacula e regione dedimus) Historiæ Toletanae auctor, qui Chronicum istud primus e Germania accepit et inter nos publicavit. Quibus disertissimam fecit distinctionem inter duos Maximos, alterum Cæsaraugustæ abbatem saecularum Massarum ordinis Benedictini, alterumque archidiaconum ejusdem Ecclesiæ Cæsaraugustanae, qui Chronicum scripsit. Unde autem hanc inter utrumque differentiam integrumque concilii relationem auctor didicit, scire aves? Non aliunde nisi a Maximi Chronicorum, quem et Joannem Biclarensem paulo post laudat his verbis : *Totum hoc debetur diligenter quæ usi sunt in scribendo Biclarensis et Maximus Cæsaraugustanus. Quisnam autem Maximus?* Non ille quidem vulgaris quem viri terit publicus usus; sed ille quem reservavit nobis Codex Estepani marchionis, vix dixerim germanus, aut sincerus, propriave loquens verba, sed tamen is quo Higuera tunc temporis uti vero Maximo utebatur. Utriusque nos producemus hic testimonium, ut statim dignoscatur cuinam duorum Toletanae Historiæ auctor notitiam Toletani concilii Patrum acceptam referat; quinamque

(a) Matamorus, Apologetico; Morales, lib. xii, c. 7; Genebrardus in Chronic., ann. 607; ant. Au-

Ex codice Estepano

MAXIMUS.

*Item interfuerunt rex Recaredus, et regina Badæ, et abbates Eutropius Servitanus, Exsuperatus [Exsuperius] Agaliensis, Aurantius [Aurasius] sancti Cosmæ et Damiani, qui postea fuerunt episcopi Toletani, Maximus abbas Cæsaraugustanus sanctarum Massarum, Emila S. Eulaliae Barcinonensis qui postea fuit ejusdem urbis episcopus, Elias abbas S. Leocadiæ Toleti, postea episcopus Salmanticensis, Terechristus abbas S. Eulaliae Toleti. Omnes isti ex ordine S. Benedicti. Item Fulgentius presbyter, Maximus Cæsaraugustanus archidiaconus, Eugenius diaconus Toletanus, Isidorus diaconus Hispalensis, Joannes monachus Agaliensis, postea Biclarensis. Ex Palatinis vero Helladius, etc.*

Ex vulgari editione.

*Item interfuerunt eidem gloriosus Recaredus rex, et Badæ gloria regina, et abbates, ridelicet Eutropius Servitanus, Exsuperius Agaliensis, Aurasius SS. Cosmæ et Damiani, M. Maximus abbas prius Benedictinus sanctarum Massarum Cæsaraugustæ, nunc archidiaconus Cæsaraugustanus, Stephanus abbas Rætensis, Emila S. Eulaliae Barcinonensis qui fuit postea ejusdem civitatis episcopus. Omnes isti ex ordine S. Benedicti. Elias abbas S. Leocadiæ Toletanae. Item Fulgentius presbyter, Eugenius diaconus Toletanus, Isidorus diaconus Hispalensis, Joannes monachus Agaliensis, abbas postea Biclarensis et episcopus.*

C *Jam vides, lector, incorporationem duorum in unicum archidiaconum, eundemque abbatem, Maximum; prioremque, auctorem Chronicæ ab Higuera existimatum, repente factum Benedictinum monachum. Inde natum oportuit discrimen inter epistolam Luitprandi Estepani Codicis, fragmenti sui sive continuationis ad Maximi Chronicum præambulam, atque eam quæ edita fuit. In hac enim laudatur Maximus monachus Benedictinus postea episcopus Cæsaraugustanus; in illa vero antiquioris creationis Maximus tantum episcopus Cæsaraugustanus. Pariter ad annum 596, Estepanus Codex habet: Simplicio Cæsaraugustano successit qui hoc Chronicum scripsit. Quod quidem testimonium de anno consecrationis Maximi in editis deest.*

D *Nec dicas Luitprandum hunc Ticinensem in continuatione hujusmet Maximi Chronicorum, quæ habetur in fragmento paulo ante dicto nostro, sive Estepano Codice, ad annum 624 hæc habere: Maximus ex monacho Cæsaraugustanus episcopus habetur clarus; et ad annum 624: Maximus episcopus Cæsaraugustanus moritur, hæc enim hujus exeterorumque sicutileorum auctorum, quos eadem gallina eduxit, enuntiata retorquentus optimo jure nos ad redarguenda in genere is eorum virtutia et convincenda mendacia; non autem eos in veritatis auctoramentum admittere sane possumus. Imo ex eodem hoc de Maximi obitu testimonio iterum apparebit prioris et ejus qui e nova futura posterius prodiit diversitas. In Codice enim seu fragmanto nostro divisa est, ut vidimus, memoria virtutum seu celebri- gnostis ad Blancam epist., tom. III illust.; Loaisa, nobis ad con. B recin. pag. 247.*

hortaque Maximi inter duos annos. At vero in A  
 Luitprando semel hæc nec parum diverse  
 ta verba, aliud prorsus valdeque diversum opus  
 it. Ad annum nempe 622, *Marcus Maximus*  
*monachus prius Benedictinus, et post episcopus*  
*Caesaraugustanus, celebris post mortem habetur*: ille  
 mirum, qui alterius Luitprandi sive post bien-  
 nec antea, obiit.

ie falso est appellatum fuisse *Marcum*. Quod  
 argumentis persuaderemus iis qui præjudi-  
 copati ad partes non abierint. *Maximus* in  
 , nec aliter audit in conciliis subscriptus lau-  
 ab Isidoro, Ildephonso, et Ilionio ceterisque  
 dductis incorruptæ adhuc historiæ, etiam Be-  
 ne, scriptoribus, atque aliis innumeris. Hie-  
 is item illigera in Toletana Historia non alio B  
 quam hoc unico *Maximi* appellat nomine, ut  
 ejus antea relatis, consultoque opere ipso,  
 nibus copia ejus ab exemplorum possessoribus  
 it, omnibus fere paginis constare poterit. Con-  
 Estepanus Codex in Chronicæ nempe ipsa  
 atione, quæ ita habet: *Epistola Maximi*  
*Caesaraugustani episcopi ad Argebatum episcopum Por-*  
*tem pro suo Chronicæ. Sancto et venerabilis*  
*episcopo Argebato Maximus. Chronicum Maximus*  
*i Cæsaraugustani ab anno 630*. Nec aliter ipse  
 strumque Maximum in mentione eorum qui  
 de Patribus adfuerunt, sicuti nec Luitprandus  
 lamenti seu continuationis paulo ante laudatis  
 nis. Tandem nusquam dictum audigumve fuit  
 hoc nomen, seu prénom en p'ius, usque  
 tetan.-Fulensis nomenclator auribus id re-  
 em insuffavit.

im autem, dices, antiquitatis monumento in-  
 varcum sic repente apparere fecit eum qui  
 atum *Maximi* nomine, ex quo floruit ævo ad  
 ue signatus venit? Incredibili equidem atque  
 lemota: e impostu emissarii suis, ut *Marcum*  
 in S. Benedicti discipulum, qui brevi poematio  
 rentis laudes paulo post ejus obitum compre-  
 Maximumque Cæsaraugustanum episcopum,  
 i de quo loquimur auctorem in unum cum  
 hominem a se coagmentatum bonis ac dolis  
 sui mortalibus ostentarent, a quibus ad  
 ceteros infelix eadem securitas propagaretur. D  
 rium fuit nostræ oppositionis caput. Interro-  
 bic sigillatum testes ab impostore subornati  
 bacce historiæ albo ascribenda. Pseudo-  
 s ipse in epistola nuncupatoria ad Argeba-  
 tam S. Patris nostri Benedicti versibus heroicis  
 m primo quoque ad beatitudinem tuam (ait)  
 tam. Et ad annum 612, num. 15; *Euphemium*  
 ue monachus Benedictinus, et in mea pueritia  
 edicto charus, archiepiscopum Toletanum de-  
 vi. Nihil horum in fragmendo nostro.  
 ioni etiam, qui et ipse fuit Cæsaraugustanus  
 tributum carmen de eodem Maximo. (a).

edit. Opp. Maximi Bavariana, in additio-  
 ag. 8.

Maximus hic situs est, dictus cognomine *Marcus*,  
 Nobilis historicus, præco, poeta, vigil.  
 Qui Benedictine soboles clarissima gentis,  
 Cæsaris hic fulgens præsal in urbe fuit.  
 Ambitione proul, meritis et grandibus auctus,  
 Suscipit invitus pontificale decus.  
 Vita gravis, mores nivei, præstantia vultus  
 Dignum fecerunt præsulis officio.  
 Larga manus, doctrina decaus, et lingua diserta  
 Ingenium præstans, eloquiumque grave.  
 Conlectus senio superas revocatur ad arces,  
 Cujus membra tenet dicta Columna domus.  
 In qua pontificis prælari munere functus,  
 Judicij extrema luce resurget ovans

## HIC REQUIESCIT

IN PACIE FAMULUS DEI

M. MAXIMVS

C. ISARAUG. EPISCO: US,

OBIIT XIV K.L. OCTOB.

ERA DCLIV, ANNO V

GLORIOSIS. SISEBUTI REGIS.

VIXIT ANNIS CIRCITER LXXII.

Alterum quoque, Heleca ejusdem sedis episcopi  
 a scriptum, pro sepulcro ejusdem Maximi, que ex  
 Joannis Tamaii Hispani martyrologi (b) similium fre-  
 quenti mercatu fallax et adulterina merx est prodens  
 ipsa sui auctoris stirbilinginem.

In tumulo jaces hoc, Marce, sed Maxime vatum  
 Hesperiaz nostræ nomine et epitheto.  
 Cæsaris Augusta qui natus, lumen eremis  
 Occidui queris, munia sancta capis.  
 Tu Benedicti patria.... charus, ejus ab ore  
 Suxisti regulam quam das et ipse tuis.  
 Tu monachus, diacon, abbas, et presul, ubique  
 Carmine prosa que notus, in astra cluis.  
 Heleca te rogat autistes successor ut urbem  
 Nostram protegere, nec sine fine sinas.

Auxiliares huic tuendo mendacio subrogavere co-  
 piæ Luitprandus et Julianus ejusdem farinæ historici.  
 Prior in epistola ad Tractamentum Pseudo-Chronicæ  
 sui nuncupatoria (non tamen Codicis Estepani) qui  
 ait: *Ut quaram tibi Chronicæ Dextri, quod M. Maxi-*  
*mus monachus Benedictinus postea episcopus Cæsaraugustanus, prosecutus est.* Idemque ad annum 616 in  
 Chronicæ ipso: *M. Maximus Cæsaraugustanus episcopus ex monacho S. Benedicti, scriptor Chronicorum, ex-*  
*mius concionator, vir pius et doctus, qui ritam S. Be-*  
*nedicti scripsit carmine, et multa prosa et rersu, sancte*  
*moritur.* Idem Advers. 33, alias 32, *Marcum Maximum*  
*vocat Benedictum monachum, sapientissimum poetam,*  
*et episcopum Cæsaraugustanum.* Posterior Julianus, in  
 Chronicæ, num. 504 et 506, quibus locis Marci nomen  
 bis tribuit *Maximo*, gemelli omnes in id intenti ut  
 semel sibi ipsis dictam a parente eorum communi fal-  
 lendii legem observarent, Maximumque transformandi  
 propositum enixe prosequerentur. Sed, bone Deus,  
 quod simul umbre unico veritatis lumine ictæ cadent  
 et in tenebras suas propellentur!

Marci monachi Casinensis S. Benedicti discipuli  
 omnes fere qui de sancti Patris rebus gestis olim in  
 litteras aliquid retulere, mentionem faciunt, carmen  
 ab eo conscriptum laudantes, quo Gregorianæ ejusdem  
 sancti Patriarchæ historiæ quedam adjunxit.  
 Idque carmen jami scipiis typis vulgatum fuit (c).

(b) Tom. V, die 18 Septembbris.

(c) In Biblioth. Floriac. Joan. a Bosco, pag. 281; in

Nullus tamen eorum agnomen *Maximi*, aut Cæsaraugustana abbatis, archidiaconi episcopive munera, usquam unquam ei ascripsit. Consultantur Paulus diaconus, lib. 1, *De gestis Longobardorum*, cap. 26, cuius verbis Adrevaldus utitur lib. 1 *De miraculis S. Benedicti*, cap. 4; (a) Petrus diaconus libello *De viris illust. Casinensis*, cap. 3; (b) Leo Marsicanus sive Ostiensis, lib. in *Hist. Casinensis*, cap. 21 (c). Qui quidem utpote ejusdem monasterii alumni, multo quoque magis hic postremus Ostiensis, viris ejus illustribus laudandis addictus, ignorare haud potuere, nec dissimulare debueret, hunc tam charum parenti discipulum atque ejus encomiasten celeberrimum, in Hispaniam se contulisse ibique tam præclaris fuisse honoribus parem existimatum: cum vere, si ita res contigisset, primus agnoscendus esset et Benedictina familia desumptus episcopus, quod in laudem hominis et ordinis oppido illustrem cederet.

Adjunge similiter, de Marco Casinensi tantum monacho loquentes Aimoinum Floriacensem in sermone quodam de S. Benedicto (d) cui carmen ejus intexit, et in proœmio lib. II de Miraculis ejusdem sancti Patris Benedicti (e); S. Petrum Damianum, serm. 8, de S. Benedicto; Siebertum Gemblacensem de Script. Eccles., cap. 33; recentiorumque sæculoru[m] Joannem Trithemium, qui quidem in opere de Scriptoribus Ecclesiasticis, Marci monachi et Maximi Cæsaraugustani episcopi seorsum meminit, in altero autem opere de Viris illustribus ordinis sancti Benedicti, nec Marci, nec Maximi: prioris quidem forsitan quod paucorum versuum poeta vix annumerari dignus ei visus inter scriptores fuerit quos in librum secundum conjectit; nec inter episcopos, quorum catalogum quartus continet, potuit eum laudare, cuius episcopatum Cæsaraugustanum cum omnibus aliis familie sue ac superiorum temporum scriptoribus ignorabat; posterior vero Maximi, quia nondum ex fidelium lege dictum fuerat, ut qui nusquam talis auditus fuisse, Maximus Cæsaraugustanus episcopus, monachus esset. Arnoldus item Uvion (f) Benedictinos monachos, Lilius Gyraldus poetas laudans, Baronius cardinalis (g), Joannes Gerardus Vossius (h), Antonius Possevinus (i) (et quis non?) aut de uno Marco, aut de utroque distincte loquuntur.

Anne ergo tot sæculorum, non silentio solum sed et clarissimæ significationi denegabimus fidem, ut paucis heri et nudiustertius Toleti natis pseudonymis scriptoribus, qui omnes eadem arant vitula et ex uno disci omnes possunt vel ter mancipemus? Tacent veteres, ais, non negant. Imo negant dum tacent. Ea enim vis est silentii cum debuit res non sileri, ut in-

edit. Carm. Prosperi Martinengi, tom. III, Romæ 1593, in Comment. franc. Bivarii ad Maximum, pag. 89; in Comment. ad Leonis Ostiensis Casin. Chron. Angelii a Nuce, append. pag. 3.

(a) In Biblioth. Floriac., pag. 48.

(b) Editus Romæ cum notis Joan. Bapt. Mari, 1653.

(c) Parisiis tandem editus cum notis Angelii a Nuce 1668.

(d) In ejusdem Biblioth. Floriac. pag. 281 et 283.

(e) Ibid., pag. 80.

Afectam jure dicamus. Quid enim si scriptor Vitæ aut encomiastes SS. Gregorii Magni, Athanasii, Basili, Leandi, aliorum, laudatis eorum tirociniis contentus, gesta ab iis prætermisisset munera Ecclesiæ maxima? Quid si sodalis sodalem ejusdem sere temporis ob paucorum versuum confectionem posteris commendaret, de aliis autem taceret virtutibus quarum is merito nixus ad illustre quoddam dignitatis fastigium ascendisset? Siccine hominis, cuius carmen aureis litteris in vestibulo Casinensis maxime domus attente Leone Ostiensi fuit inscriptum, decoxit statim apud Casinenses ipsos memoria, ut non de eo aliter quam de uno ex monachis eo loco demortuis sint locuti? quem ita conspicuum, ita celebrem longissimæ ætatis beneficio, gestis honoribus, præsentia in conciliis, lucubrationibus historicis, magnisque virtutibus, historiæ nostræ lucumones depinxere? Insanis simus si ita nos ludificari ac duci tanquam bubalos, fune naso inserta, permittimus.

Omnino et argumentis uti affirmantibus possumus. Marcus post S. Gregorium de S. Benedicti rebus scripsit. Ita nos censere debemus, si antiquioribus credimus. Siebertus ait (j) *Vitam a Gregorio descripatam eum deflorasse heroico breviloquio, et paucæ superaddidisse*. Aimoinus itidem aperte docet principem hujus argumenti Gregorium fuisse, et post eum aliqua exarasse versibus Marcum et Paulum Casinenses. Sanctus autem Gregorius Vitam S. Benedicti, hoc est secundum Dialogorum librum qui eam continet, jam pontifex scribebat, circa annum sti muneris quartum, Christi 593, quod ex libri 4 cap. 36, 47 et 55 liquidum est. Scripsit ergo et Marcus, si Maximus fuit, de Be edicto carmen non adhuc Casini, sed cum ex monacho et abate archidiaconus Cæsaraugustane Ecclesiæ, forsitanque jam episcopus, in conspectu esset universæ Hispaniæ. Namque anno 599, hoc est sex annis post scriptam a S. Gregorio papa S. Benedicti Vitam, erat jam pr. sul Cæsaraugustæ Maximus: quod ex conciliï Barcinonensis prius laudata subscriptione constat. Quod quam male convenit cum celebrato a Casinensis tam sic e juneque Marco monacho auctore carminis, omnem vident.

Præterea Marcus levita S. Benedicti auditab enden— Aimoino, diaconus scilicet: qualem eumdein fuis— Benedictum paretem clarissimis documentis demun— ostendit vir in paucis doctus ac prudens, mihiq— semper colendus, dominus Angelus de Nuce, ex Ca— sinensi abbe Roganensis hodie archiepiscopus, i— eruditissimis suis ad historiam Leonis Ostiensis Casi— nensem notis (k). Verba Aimoini (l): *Dekinc March*

(f) In Ligno vitæ, lib. II, cap. 72.

(g) Notis ad Martyroloz., 21 Martii.

(h) De Hist. Lat., lib. II, cap. 24.

(i) In Apparatu.

(j) Cap. 33.

(k) Ad Vitam S. Bened. a Gregorio Magno scriptam— 24, p. 45.

(l) Ubi supra, scil. serm. de S. Bened., in Bi— blioth. Floriac.

*quidam poeta ad eundem venerabilem Benedictum re-niens, ejusque magisterio se committens, aliqua in ejus lande, levita ipsius, versibus exaravit. Levite autem manus maximo distat ab episcopali dignitate Maximi. Tandem id faciunt Hispanarum rerum hi buccinatores, Marcum confundentes cum Maximo, ut de natalibus hujus Hispanis dubitari possit. Quia enim disciplina se dedit alii parentis Casinum habitantis et in ea domo mansit, Italus credendus est potiori jure quam nostras. Benedictinis scilicet monachis talium cupidis (viros semper excipio hujus familie, quos continuo creat, subacto atque purgato iudicio utentes) objecit qualem mendacissimae historiae architectus hanc, ut cum Virgilio parum loquar mutato,*

*Melle soporatam ei medicatis fraudibus offam*

*Cesaraugustani praesul Maximi, tum Marci, tum monachi hujusce ordinis; ne virorum intra claustra ejus degentium passim doctissimorum ea, quae obtrudendo aliorum palpo simul dicta sunt, paleo non saperent.*

*Qui autem de re plura, commentarium adire duplex ac forsitan triplex poterit amici olim dum ante paucos annos vivebat nostri D. Josephi Pelleri Jacobei equitis, regii chronographi, *De duabus inter se di-versis Marco et Maximo* (a): ex quo pauca haec decerpississe fas et sequum fuit, ex vernaculis nempe Latina ut vulgaria magis fierent, satisque nos proposito faceremus nostro. Adversus quem nescio quis larvatus olim insurrexit (b), eorum seculus morem, qui, ut Senecca eleganter ait, personam quam faciem malum, scriptaque libello sannarum magis quam ra-*

(a) Libri Hispanae linguae vernaculi haec est inscrip-tio: *Maximo obispo de Zaragoza distinguido de Marco levita y monge del Casino. Matriti 1671, 4. Eadem diversitatem comprobat in prefat. ad lib. 1 de Las Antiguedades de España* D. Laurentii de Padilla,

(b) *Videlicus hic fuit Antonius de Barrientos Augustinus eius assumpto nomine Ludorici Josephi Aguirre de Losada. Vernaculum autem nomen fratris Diego Antonio de Barrientos, legitur Latino anagrammate:*

A tionum pleno, arguti atque dicacis potius quam docti hominis laudem aliquam reportavit. Eruditus enim opusculi ante alia propositum naso suspendens, quasi huic tantum distinctioni Marci atque Maximi stabilienda accinctus araverit litus arenarum cultor, ut ait Ausonius (c), hoc est rem inutili vanaque sit se-ctatus, risui se tum derisuique omnium dedit. Ille neinde latenti, seque prodere erubescant Aristocho-res inutilis et vana est occursu primo confite et mon-strum falsitatis; et ementiti quod praeferit nominis redargione, dicta ejus omnia et fidem evertere, qui pro vero Maximo sese venditans novam quasi, non solum profanarunt, sed et sacrarum quoque Hispaniarum totius rerum historiam, ipsamque mendaciis scaturientem, nobis nuper ingessit. Operam et oleum Pellerius ludit, gigantem hunc uno et altero ictu lapidis prosterrens; magnum autem opera pretium facit is, qui fabulosarum qua: uindam originum detectarum invilia ferox, lapidem quo ictus fuit velut canis mordet.

B Ille deinde suo Maximo attribuit Pseudo-Juliani ore sculneus transformator, quod auctor fuerit *Officii S. Jacobi Apostoli*. In Collectione scilicet variorum carminum ita habet (d): *Officium S. Jacobi apostoli est compositum a Maximo Cesaraugustano epis. o. Præfatio est S. Isidori et hymnus. Quam hic inculcari dignum est mendacem memorem esse reportare! Idem enim ipse auctor in Chronico, num. 17, missam S. Jacobi a B. Isidoro ait expurgatam, a Melantio editam, et a Serrano Asturio episcopis Toletanis auctam fuisse. Sed jam nos ad alia. Hic aliis capitibus examinandus est Maximus.*

C *Qo tibi fuentes ire: onera grana odi. Opusculum inscribitur: Censura á las distinciones entre Marco y Maximo, el Beroso de Celdea y Viterbo; y á la población y lengua primitiva de España publicada por Don Joseph Pelleric de Tovar y Ossau, Toledo, año de 1674, in-fol.*

(c) *Ad Theoneum.*

(d) *Iag. 156.*

## MAXIMI CÆSARAUGUSTANI EPISCOPI SCRIPTA QUÆ EXSTANT OMNIA.

(In Nicolai Antonii Bibliotheca Hispana veteri, unde sumimus Maximi scripta, epistola sequens premissam habent hanc notam: *Hæ duas sequentes epistolæ erant post Chronicon in membrana per veluta lateris Gotlicis scriptæ. Editæ vero animadverterit in margine: Excidit harum altera, Argelbū forsan ad Maximum.*)

### EPISTOLA

**MAXIMI CÆSARAUGUSTANI EPISCOPI AD ARGBATUM EPISCOPUM PORTUGALENSEM.**

PRO SUO CHRONICO.

*Sancto et venerabili fratri episcopo Argebato Ma-*

*ximus.*

*Cum essemus in urbe regia ad concilium vocati*

*a domino nostro gloriosissimo rege Gundemaro sæpe*

*PATROL. LXXX.*

D *Inter nos convenimus, cum et sermo multus esset de historiis regum Gothorum, quas non multo ante in-*

*lucem edideram, efflagitasti a me satis verocunde ut*

*tibi continuarem Chronicon illud quod nomine*

*20*